# DE MORIBUS TURCARUM

## Avvertenza

La trascrizione vuol essere la più fedele possibile, anche nella *mise en pâge*; ho disciplinato l'uso delle maiuscole secondo criteri moderni mentre ho limitato gli interventi sulla punteggiatura e sull'uso dell'apostrofo e degli accenti ai casi in cui essa risultava esorbitante. Ho provveduto a sciogliere le abbreviazioni, a normalizzare la grafia *u* e *v*; ho inoltre preferito non uniformare le eventuali oscillazioni tra scempia e doppia, *t* e *z*, *et* e *e*, e di forme quali *i* e *j*, e a rispettare l'alternanza delle preposizioni articolate.

# De moribus Turcarum relatio
# Excellentissimi Domini Doctoris
# Alexandri Pini[1]
§

vidi Antonium Pinium forte huius filium
Florentiae
26 Iuni 1740
qui Constantinopoli
habitat unde ante Sex menses venerat
matrem habet Pisaurentem[2] et fratrem[3] .

Insitus est nobis a Natura, Amicorum Charissime, gratiosae societatis, et communionis appetitus, quam qui primus instituit his de genere hominum optime meritus esse reputatur. Eligendi tamen ad imitationem etiam mores, qui nos optimis imbuentes exemplis societatem reddant humaniorem, ac civilibus praeceptis aliquid suggerant pro meliori vitae cultu, ac elegantia. Cum his conversare, inquit Seneca, qui te meliorem facturi sunt, illos admitte, quos tu potes facere meliores. Turcarum mores, cum mihi in illorum penetralia facile fuerit introisse, injuria, beneficio, odio, caeterisque affectibus non [1v] addicto, utique de communi hominum commodo sollicitus tantum sim, tales visi sunt, ut describi, quia non omnibus illuc adire datum, in exemplum possint.

Pueri ita educantur, ut dominum, an servum nullis educationis deliciis dignoscas. Aleas, pilam texeras inanes damnososque Ludos ignorant; equo, arcu, Lancea Ludere consuetum, vel ad animi relaxationem, corporisque exercitium colluctari: in Schola assidui, veneris die excepto; ab ortu Solis, vesperam usque tenui jentaculo, panem nimirum, et aliquibus contenti fructibus; coenaturi far, vel orizam; epularum, eduliorumque delicias morbosi appetitus

[1] BNCF Magl. XXIV. 128, cc. 1r-10v.
[2] Leggi *Pisaurensem.*
[3] Annotazione successiva posta da Antonio Cocchi nella parte superiore della c. 1r a matita.

irritamenta aut negligunt, aut ignorant. Vestes nobilibus distinctae; sericis tamen uti vetitum, auroque intertextae foeminarum ornamenta masculis indecorae.
Praeceptores submisse, imo vili colunt obsequio, ne<c> sorte, sed beneficio in formam [2r] servi redacti, ex authoritate



Men allemeni harafàn
Cad Saiereni abdàn

Quisquis me docuit Literas
Vere me fecit servum

A vilioribus a nobilioribus adolescentulis, ab ipsius quinimo Regis filiis Praeceptori par tribuitur obsequium. Seniores ut patrem venerantur, Genitore coram, caeterisque ejusdem condictionis senibus sedere, alloqui, edere illicitum: servorum instar manibus supra pectus conjunctis patrem, senioresque ad omne intenti ministerium modeste respiciant inde cum aetate polleant facilior ipsis est obedientia ex consuetudine, quam imperium; superbeque cum infimis non agunt, nec humilioribus stirpem, aut pauperibus sortem [2r] objiciunt, contubernisque hospites, et convivas nulla distinctione nobiles, an plebea eadem charitate, officio, et humanitate comiter excipiunt. Loco, atque habitaculo disjuncti cum feminis etiam domesticis neque commiscentur, neque conversantur; Laudabile est enim multo, et salutare: serpit enim ad vicinum morbi contagium; amoribusque foeminarum, et commercio facile juvenes corrumpuntur.
Sed non ulla magis vires industria firmat,
quam Venerem, et caeci stimulos avertere amoris,
ut inquit Poeta.
Inde Veneri serius indulgentes in haec fortia corpora excrescunt, quae videmus, robustique in seniori, quoque aetate, spiritibus, nativoque calore immature non consumpto ex ancillis, et uxoribus filios procreant Nullo opere detineri, desidemque esse turpe, et pro crimine; Regesque [3r] ipsi manu aliquid operantur; praesensque sultanus Ahmet, si nullo negocio interpellatur, pingere consuevit. Erga mendicos, debitores, afflictos, in vinculis et carcere detenctos nulla natio est tam misericors, et pia. Ad primatos in sublimioribus etiam constitutos gradibus, accedere nemini pauperi aditus denegatur. Rogantibus ipsimet argenti; vel auri porti-

mam servi redacti, ex authoritate

مَنْ عَلَّمَنِي حَرْفًا

قَدْ صَيَّرَنِي عَبْدًا

Men allemeni harfan
Cad Saiereni abdan
Quisquis me docuit Literas
Vere me fecit servum.

A vilioribus a nobilioribus adolescentulis, ab ipsius quinimo Regis filiis praeceptori par tribuitur obsequium. Seniores ut patrem venerantur. Genitore coram, caeterisque ejusdem condictionis senibus sedere, alloqui, edere illicitum: servorum instar manibus supra pectus conjunctis patrem, seniores que ad omne intenti ministerium modeste respiciunt: inde cum aetate polleant facilior ipsis est obedientia ex consuetudine, quam imperium; superbeque cum infimis non agunt, nec humilioribus stirpem, aut pauperibus sortem,

BNCF Ms. Magl. XXIV. 128 c. 2r

unculam elargiuntur, ex marsupio stipem educentes, quod plenum semper in hunc scopum gerunt variis monetis, alieno aere gravatos; detenctosque in carceribus aut pecuniam creditori numerantes, aut delicta condonantes Liberant voti rei.
Qui Constantinopolim permearunt, norunt quam multiplices purioris aquae fontes mirificae structurae e marmore observentur ubique in triviis. Per [3v] aeneas fenestras sitientibus viatoribus aqua expargitur in nitidissimis stamacis vasculis, et scutellis. Aedificia haec Turcis Sebil dicuntur; quod vocabulum distributioni etiam panis, carnis, caeterorumque eduliorum adaptatur; interpretatur enim omne destinatum in pios usus, et elehemosinam propter amorem Dei, quod Italice dicitur Legato pio. Maxima mortaria ubique viarum ad communem usum pauperum existunt, in quibus, ut investiens tunicula excutiatur mundeturque; ab omni non commestibili superfluitate far contunditur; quo tempore, et hoc semel in anno verveces sacrificant, Turcis Curban Bairami, et chiuccive Bairam, observatu dignum a primatibus centum et amplius, si opulentiores, pecudes mactari, distribuique pauperibus. [4r] Nosocomia quam plurima victum, remedia, aliaque aegris necessaria aut ibi cubantibus, aut petientibus[4] miseris suppeditant gratis; usitate musafir Turcis dicitur hospes. Si tamen inopinato, vel ex latitudine viator, vel appropinquante nocte ad distans domicilium pervenire non valens aliquis, sive Europaeus ille, sive Graecus, sive Hebraeus cujuscumque domus januam pulsaverit hospitio excipi rogans, benigne, comiterque admittitur, tuncque non musafir, sed tangiè conuc appellatur; nimirum hospes a Deo missus. Quam plurimi trapezitae per urbem argentariam exercent regis mandato, exponuntque publice in officinis pecuniam. Quisquis [4v] necessitate coactus fuerit, vestes, gemmas, domus ornamenta pro pignore ibi deponit, mutuumque aurum praescripto foenore accipit. Parce, modeste, et laconice Loqui apud ipsos consuetum ex auctoritate



Salamet el insàn
fi cafz èl lissàn

Salus hominis est
Linguam temperare.

[4] Leggi *petentibus*.

cessitate coactus fuerit, vestes, gem=
mas, domus ornamenta pro pignore ibi
deponit, mutuumque aurum praescri=
pto foenore accipit. Parce, modeste,
et laconice Loqui apud ipsos consue=
tum ex auctoritate

[illegible]

[illegible]

Salamet el insan
fi cafz el lissan
Salus hominis est
linguam temperare.

Incomposite sedere, immodeste ambu=
lare, minus serie Loqui, petulanter,
obscene apud ipsos indecens: effusus
cachinnus, quem cahcah vocant, cre=
pitus ventris, ructus nidorosus, ala=
rum, corporisque malus odor rusti=
citatem sapit; tuxire, sternutare,
frequenter

BNCF Ms. Magl. XXIV. 128 c. 4v

Incomposite sedere, immodeste ambulare, minus serie Loqui, petulanter, obscene apud ipsos indecens: effusus cachinnus, quem cahcah vocant, crepitus ventris, ructus nidorosus, alarum, corporisque malus odor rusticitatem sapit; tuxire, starnutare, [5r] frequenter spuere, aut excreare, nares emungere cum strepitu, maxime inurbanum. Numquam aegrotum quamvis delirio correptum, animaeque efflandae proximum, etiamsi inopine accedas jactabundum invenies, aut incompositum; sed in lecto cubantem, aut modesta forma considentem; numquam nudum aestivo velis tempore, ardentique febri laborantem, sed brevi tunica subuculae superindita[5], lineisque femoralibus vestitum, culcitra decenter coopertum. In parvulis cymbis sinum maris trajicere incomposite pedibus supra spondam extensis periculosum; observati enim fustibus vapulant. Cantare, saltare per viam, nisi Aegytiis circumforaneis Zinganos dicunt Itali, quia regias feras ad [5v] spectaculorum Ludicra circumducunt, aut nuptiarum festis diebus, et natalitiis regiae prolis non permissum. Foeminis minus decenter vestire, fasciis vultum non bene velare, aut toga angustiori, ut appareant elegantiores, corpus concinnare capitale. In choris, quibus assident more Orientalium, ita se componunt, ut talaris vestis tunicam pedes, reliquaque membra decentissime contegat. Domi quoque canere, choreas ducere, cytharam, aliaque musica instrumenta pulsare, si manifeste strepitus persentiatur, nisi permissu Visiri, in celebratione nuptiarum illicitum, vetitum, et ad villas, hortosque, qui in Propontidis ripis jacent ob delectationem, et jucunditatem deambulare. Praesens primus Visirus natura severior, aut quia [6r] sic tempora postulant, Europaeos omnes, quos French appellant Turcae, villas adire prohibuit, quia ibi festivius licentiosiusque agunt: ipsum quinimo Belgii Legatum commorari non permittit in venustissimo Palatio, quod proprio extruxit aere in Propontidis ripa juxta Locum Curucesme dictum. Praefectus quidam Propontidi Bustangì bascì Turcis dictus noctu majori Lembo maritimum illum sinum percurrit; si rumorem concharum, aut musicorum audierit, domus fenestras jactis petris a suis satellitibus perrumpi jubet, liberiusque exultantes comprehensos conjicit in vincula: per noctem deambulantes veluti furti rei clauduntur in carcere; ita aut bonorum exemplo morum, aut Legum severitate a licentiae, et intemperantiae delictis abstinere [6v] coacti. Quamvis tamen coetus, conventusque vetiti, si modeste se gerant, neque festa, convi-

[5] Leggi *superinduta*.

viaque strepitosa celebrent, neque masculorum contubernatio foeminae intersint, conniventia praetermissum, suavibus eorum conversationibus multoties interfui veris initio, quando tulipis, anemonibus, narcissis juncifolis florent horti, noctu multiplices candelas inter flores accendunt, et ad theatrum tam jucundum considerent Orientalium more in horti prospectu in aedificio quodam delicioso splendide fabrefacto undequaque aperto Xystusne Romanorum sit dubitatur; chiosüch appellant Turcae. Ibi aquarum varii Lusus Sciadicuàn dicuntur, oculosque eorum spiritalibus, et aures sonoro murmure demulcent. Inde musicis instrumentis cantor unicus epigrammata, [7r] aut hymnos concordat, instrumentaque ut plurimum ex fistula sunt arundinea, Nai Turcis, sonitusque suavis, neque strepitosus. In multiplici coeuntium turba ne minima quidem vox colloquentium. Has festas noctes Ciiagan appellant, quasi dixeris lampadum Luminare. Egomet audivi ex Europaeis spectatores velut admirantes approbantesque, similem se in Italia imitatione assequuturos scenam affirmantes; in societate Latrunculorum Lusu, facetiisque, et salibus delectantes ad animi Laxamentum non ut alienae pecuniae insidientur; his non in odium, aut in injuriam, sed ut jocosa urbanitate animosa serio revocent ad hilaritatem; moraliaque Edebiàt appellant, et [7v] Sarichzer Edebiat historias moralium a Graecis transcripsere, optimeque conveniunt moralibus praeceptis eorum mores, vide apud Latinos Senecam: si ergo, inquit, jocos exigis, hoc quoque cum dignitate sapientiae geram, ne te gravent tamquam asperum, ne contemnant tamquam vilem; non erit tibi seu vilitas, sed grata urbanitas. Sales tui sine dente sint, joci sine utilitate, risus sine cachinno, vox sine clamore, incessus sine tumultu, quies tibi, non desidia erit, etc. Nicotianae fumum per fistulam suggendo in stratis considentes nimium quiescere videntur. Revera tamen desides non sunt. Ipsorum quoque quies exprobratio est Europaeis; melius est enim otiosum esse, quam nihil agere. Cibus parcus, et brevis, ut plurimum oriza in carnis jusculo [8r] ebullita Ciorbà dicunt, vel spission eadem cum butino Pilaù appellant; frugales, temperatique ita raptim fercula comedunt, ut ad alimenti necessitatem, non ad delectationem ingurgitare videantur. Panis nulla eligitur distinctione azimus, an fermento subactus, subcinericius, an in fumo coctus; neque ut helluones devorant edulia, aut sonoro oris attractu; sed leviter, et modeste, ut etiam Caffè ferventissima potio aeris attractione per extrema labiorum sumpta resonare vicinius non audiatur. Cujuscumque generis fructibus maxime vescuntur; an quia varia novaque semper suavitate delectantur; an quia facile parabiles nullo comeden-

tium labore a natura jam excocti; an quia simplicitati, primorumque, et aureae aetatis hominum cibis congruunt, [8v] nusquam certe magis Pomona triumphat; caeteros quidem fructus, sed uvam praecipue veteris anni optime servatam cum nova maritant. Post solum inde fructuum enim ad saturitatem fervente anni tempore, aqua supere pota aegritudines multae, alvi levitates, diarreae, toracina djssenteriae, flatus, hydropes, tertianae, quartanae, acutique morbi grassantur. Agricultura enim, et insertio naturae opitulatur ad fructuum multiplicem productionem; in sylvis videram est observatu dignum, nuces, avellanas, mespila, sorbas, cerasa, castaneas, poma natura favente produci. Diversa potulenta negligunt praeter aquam, et Caffè, rariusque decoctionem passularum, quam Cosciaf appellant, in aestate bibere consuerunt. Ut artem suam exerceret Italus quidam medicus [9r] Constantinopolim accesserat; cumque cibum et potum Turcarum observasset, valde se Laetatum fuisse mihi retulit; magnum enim quaestum se facturum praevidebat. Plurimos morbos nimirum certo procreandos esse ex simili vivendi norma, moribusque. Rarissima, imo ferme nulla apud ipsos convivia, neque idcirco conviviis multiplicia fercula, condimentaque exquisitiora satietatem excitantia preparant; sed quae ex consuetudine usui, et naturae appetenti sufficiant. Objici non potest ipsis, quod ibi pluris coquus aextimetur ille, qui peritissime censum domini mergit; neque ut gulae inserviant, aut alieno gravantur aere, aut patrimonia decoquunt; optime callent naturam parvo contentam, iucunditatemque victus non in satietate, sed in desiderio esse. Ignoratur quid sint [9v] tabernae, cellae vinariae, cauponae, aliaque huiusmodi loca, in quibus solummodo ebrii, scelesti, nebulones, perditique bonorum morum damno conveniunt. Vestibus masculis simplex; sericis, aut auro intertextis ornari illicitum; plebeii vite tenus caput derasi cidari superposito, pedibusque caliga adaptata, nudis suris hjeme quoque perambulant nivem inter, et glaciem. Nobilibus pretiosae pelles in usu, et surarum operimentum. Foeminae per viam (domi enim non conspiciuntur) ore velato, toga satis lata, vel ex Lana, vel ex caprino confecta pilo decentissime totum contegunt corpus. Nobilem, an ignobilem, nisi ex caterva servarum non dignoscas. Saepius primi visiri mandarunt masculis Europaeis, ne turcico more, foeminis ne toga serica [10r] induerentur, quia improbo morum exemplo, atque insana ambitione egregie vestiuntur. Domus ornamenta per unum, aut alterum cubiculum peristromatibus, et pulvinaribus constratum eo pretiosius, quo plus opulenti, nobilesque. Caeterum neque tabulae, neque statuae, neque tot inanis Luxus, deliramenta one-

re videantur. Singulis diebus quinqui=
es manus, pedes, et caput lavant ab=
dest ipsi nuncupant; post licitam
etiam coitionem totum corpus sapone,
et aqua abluunt Gusvil dicitur. Bal=
nea, thermasque frequentant non in=
scii munditiem cutis maximam esse
sanitatis partem. Constantinopoli
observantur thermae magnificae stru=
cturae. Mares cum foeminis promiscue
non lavantur, sed separatim, imo et
reverentia, modestiaque, ut poti=
us pudicitiae asyli, quam gymnasia
videantur. Romanorum Imperato=
rum edicta, ne promiscue mares,
et foeminae lavarentur, utpote quae
improbos illorum temporum mores argu=
ant, castigentque, apud ipsos irridentur.
Neque prorsus nudi, sed velati a me=
dia corporis parte versus inferiora cer=
nuntur.

BNCF Ms. Magl. XXIV. 128 c. 10v

rant asportantem alio res suas, simplicique atque unico anaclienterio[6] quietissime dormiunt ad galli cantum surrecturi. Equo incedentibus statutus ornamentorum modus juxta gradum, dignitatemque uniuscujusque, currusque quibus Matronae vehuntur pro commodo, non pro forma, aut pompa mendandi[7]. Et vidi de nitore. Adeo mundi nitidique sunt Turcae, ut jure Europaeos nomine murdair, idest spurcorum, immundorumque objurgare [10v] videantur. Singulis diebus quinquies manus, pedes, et caput Lavant abdast ipsi nuncupant; post licitam etiam coitionem totum corpus sapone, et aqua abluunt Susvil dicitur. Balnea, thermasque frequentant non inscii munditiem cutis maximam esse sanitatis partem. Constantinopoli observantur thermae magnificae structurae. Mares cum foeminis promiscue non Lavantur, sed separatim, imo et reverentia, modestiaque, ut potius pudicitiae asyli[8] quam gymnasia videantur. Romanorum Imperatorum edicta, ne promiscue mares, et foeminae Lavarentur, utpote quae improbos illorum temporum) mores arguant, castigentque, apud ipsos irridentur). Neque prorsus nudi, sed velati a media corporis parte versus inferiora cernuntur.

[6] Leggi *anacliterio*.
[7] Leggi *mandandi*.
[8] Leggi *asyla*.